Quelle: http://manuscripta.at/?ID=818
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Sedentes in lectis suis se
discalcient et modeste ne
crus supponant aer. Et manibus
introrsum depositis. calceos
et soccos exuant. caligas non
deponant. ne nuditatem pedum
apparere caveant. tracto sur-
sum coopertorio antequam vesti-
menta exuant. cingula non sol-
vant. vestiti iaceant. ut cum
datum fuerit signum ad opus dei
expediti surgere valeant. Tunc
vacat cuique tamquam exteriori-
bus sopitis sensibus diligenti
retractare memoria quicquid
diurnis horis egit vel dixit
quid profecit vel perdiderit ut
de illo deo gratias referat. de hoc
veniam petat illud gaudeat
hoc defleat. et quod dixit in corde
in cubili compungatur. et cum David
stratum suum lacrimis rigans
sic carne dormiat ut mentis
sopor eum non capiat. Omni ergo
custodia servet suum cor ita ut
nec altius faciem fratris contra
dum est in lecto intueatur.
nec videri appetat ab alio: sed co-
operto capite et vultu ab exterio-
ribus animus cordis sui secreta
rimetur. et oblitus que retro sunt
ad ea que antea sunt extentus
ad palmam superne vocationis.
Oportet sequatur.
Omnes autem in uno dormi-
torio quiescere. nisi quos infirmi-
tas aut senectus que et ipsa mor-
bus est hoc prohibet facere. nec
duos simul in uno lecto sed
singulos singulis lectis. Ha-
beant autem lectisternia non de cul-
citris sed de bumbicinis et
cervicalibus.
Adolescentes quoque vel
pueri qui fiunt in con-
gregatione non coniunctis requi-
escant stratis. sed interpositis
magistrorum lectis ne quid contra
illa ut assolent per negligentiam
vicii aut levitatis concupiscant
quam expedit potius ante cul-
pam servari. quam post delic-
tum puniri.
Quod si tanta fuerit mul-
titudo et una mansione
capi non possint in duabus
aut in pluribus si opus fuerit
deni aut viceni vel amplius
requiescant sub custodia seni-
orum qui eos sollicite custodiant.